


3.19

PROBLEMATA PHYSICO-MATHEMATICA
QUAE
FR. VINCENTIO LABINIO
MELITAE ANTISTITI AUSPICATISSIMO
NUNCUPATA
Publice Resolvent
PHILOSOPHIAE ET MATHESEOS
IN EPISCOPALI EPHEBEO CANDIDATI

Facta cuilibet sive Latino sive Italico sermone interrogandi copia.
etiam cum Lymnia hebreorum etiam mil. secundum S. etatologi
etiam cum Lymnia hebreorum etiam mil. secundum S. etatologi
etiam cum Lymnia hebreorum etiam mil. secundum S. etatologi
etiam cum Lymnia hebreorum etiam mil. secundum S. etatologi



MELITAE, MDCCXCI.

Ex Typograph. Palatii C. S. S. Apud Fr. Jo. Mallia ejus Typogr.
Superiorum *Approbatione.*


PROLUMINA RYSCO-MATINIANA
ER VINCENTIO LABRINO
MERITAE VIRTUTIS AVSICATISSIMO
NUSCENIA

Priores. Reges.

PHILOSOPHIE ET MATHEROS
IN EPISCOPALI EPISTOLIS

*Rerum eventia magis arbitror, quam causas quaeri
oportere, & hoc sum contentus, quod etiam si quo modo
quidque fiat ignorem, quod fiat intelligo.*

Cic. I. Divin. 12.



VERITATE MDCXII

Ex Typographijs Petri O.S. & Almqvist. Jo. Wallie. e Typog.
Supervisore. Approuvante.

EX MECHANICA.

DE MOTU IN GENERE.

I. P

Rimarias Motus Leges enunciare.

DE MOTU SIMPLICI ET AEQUABILI.

- II. Corporis motu simplici & aequabili translati velocitatem definire.
- III. Definire tempus, quod insumit corpus, dum motu simplici & aequabili fertur.
- IV. Spatia, quae corpus motu simplici & aequabili describit, determinare.
- V. Definire momentum seu impetum in motu simplici & aequabili.

DE MOTU VARIABILI.

- VI. Spatia, quae corpus motu uniformiter accelerato descendens singulis aequabilibus temporibus describit, determinare.
- VII. Velocitatem, & tempus in motu uniformiter accelerato definire.
- VIII. Rationem, quam habet spatium motu uniformiter accelerato descriptum, ad illud, quod idem corpus eodem tempore describeret velocitate uniformi & aequali ei, quam in fine motus accelerati comparaverit, assignare.
- IX. Corporis motu uniformiter retardato ascendentis spatia singulis aequalibus temporibus descripta definire.

DE MOTU COMPOSITO.

- X. Corporis, quod a duabus viribus secundum diversas directiones impulsum movetur, spatium, directionem & tempus determinare.
- XI. Quid si a tribus vel quatuor viribus secundum totidem diversas directiones corpus impellatur?
- XII. Corporis quod a duabus ita urgeatur viribus, ut earum alterutra continenter augeat, vel imminuat in eo velocitatem, motus directionem indicare.

DE GRAVIA DESCENSU PER PLANA INCLINATA.

- XIII. Quam rationem habet gravitas relativa, qua corpus per planum

⁴ inclinatum descendit, ad gravitatem absolutam, qua idem ex eadem altitudine verticaliter descendideret?

XIV. Quaenam est ratio inter velocitatem a gravi in plano inclinato descendente ultimo acquisitam, & eam, quam idem eodem tempore verticaliter descendens acquireret?

XV. Rationem, quam habet spatium in plano inclinato descriptum ad spatium eodem tempore verticaliter confectum, assignare.

XVI. Ex dato quovis plano inclinato portionem absindere, quae a gravi eodem tempore percurritur ac ejusdem plani altitudo.

XVII. Quam rationem habeat tempus descensus per planum inclinatum ad tempus descensus per ejusdem altitudinem, determinare.

XVIII. Si circuli diameter horizonti perpendiculariter insit, & ab ejus extremo chordae plures dicantur, tempus, quo singulas chordas idem grave percurrat, definire.

XIX. Si grave per planum inclinatum descendat, velocitatem, quam acquirit, cum ad horizontem pervenerit, assignare.

XX. Si per plura plana contigua, & sibi invicem inclinata grave descendat, quam velocitatem cum ad horizontem pervenerit, acquirat, docere.

XXI. Quid autem si per curvam quamvis descendat? DE GRAVIA DESCENSU PER CYCLOIDEM.

XXII. Determinare tempus descensus ejusdem gravis per diversos arcus Cycloidis, cujus axis horizonti perpendicularis sit, & vertex deorsum spectet.

DE MOTU PENDULORUM.

XXIII. Data altitudine, ex qua pendulum descendit, determinare illam, ad quam idem remotis obstaculis ascendit, & oscillationum numerum.

XXIV. Determinare velocitates penduli ex diversis altitudinibus decidentis, & per arcus circulares oscillantis.

XXV. Temporum, quibus duo pendula inaequalis longitudinis arcus circulares similes describunt, rationem assignare.

XXVI. Si duo pendula inaequalis fuerint longitudinis, dato tempore, & numero oscillationum circularium unius, numerum oscillationum circularium alterius invenire.

XXVII. Quam exiguae esse debeant pendulorum oscillationes circulares, quo ad sensum isochronae sint, statuere.

25

XXVIII. Quibus temporibus per arcus Cycloides, utrumque inaequals pendulum oscillet, determinare.

EX STATICÆ.

XXIX. Legem generalem statuere, cui universa innititur machinalis scientia: in qua ratione minimorum esse debeant potentia & resistentia, ut in quavis machina aequilibrium habeatur.

XXX. Leges singulis machinis speciales enunciare.

XXXI. In vete quovis datis distantiis ab hypomochlio, & pondere, potentiam: contra data potentia, pondus: & utrisque datis: eam ab hypomochlio distantias invenire.

XXXII. In machina, quae dicitur Axis in peritrochio, datis perimetro ejus orbis, quem scytala describit, & perimetro axis, atque ab ipso pondere, potentiam: evicissim data potentia, pondus: & datis utrisque, & alterutra perimetro, alteram perimetrum determinare.

XXXIII. In Trochlea polispasto, datis funium seu rotarum numero, & pondere, potentiam: rursus data potentia, pondus: & utrisque datis, definire numerum funium, seu rotarum.

XXXIV. In Rotis dentatis, datis numero conversionum primæ rotæ, cui potentia applicatur, & ultimæ qua pondus trahitur, seu dato utrisque rotæ dentium numero, datoque pondere, potentiam: contra data potentia, pondus: utrisque datis & numero conversionum seu dentium unius rotæ, numerum conversionum seu dentium alterius statuere.

XXXV. In Cochlea datis intervalllo duarum proxime spirarum, perimetro ejus orbis, quem scytala describit, & resistentia, potentiam: rursus data potentia, resistentiam: datis utrisque & perimetro ejus orbis quem scytala describit, spirarum intervallum determinare.

XXXVI. In plano inclinato, si pondus trahitur secundum directionem eidem plano parallelam, dato pondere, potentiam: data potentia pondus: datis utrisque, & altitudine plani, ejusdem longitudinem definire.

XXXVII. In plano inclinato, si pondus trahitur secundum directionem horizonti parallelam, dato pondere, potentiam: data potentia, pondus: & utrisque datis, atque plani altitudine, ejusdem latitudinem determinare.

XXXVIII. Dñe methodum, qua, quantum virium machina quaevis composita potentiae adjungat, inveniri potest.

EX HYDROSTATICÀ ET HYDRAULICÀ. M V X X.

De Fluidorum Pressione.

XXXIX. Pressiones, quas fluidi homogenei strata diversa exercent, determinare.

XL. In qua ratione fluida homogenea vasorum cylindricorum, seu prismatiorum, sive perpendiculariter, sive oblique horizonti infi- stentium fundos premunt?

XLI. An in eadem quoque ratione vasorum divergentium & conver- gentium fundos fluida homogenea premant?

DE FLUIDORUM AEQUILIBRIO.

XLII. Assigurare altitudines, ad quas in tubis communicantibus fluida homogenea aequilibrata consistant.

XLIII. Altitudines, ad quas heterogenea fluida constituuntur, dum aequilibrantur, determinare.

XLIV. Quid autem si tuborum alteruter capillaris sit?

DE FLUIDORUM IN SOLIDA CORPORA

INCURRENTIUM MOTU.

XLV. Resistentiam, quam fluidum in solidum irruens patitur, definire.

DE SOLIDORUM IN FLUIDIS MOTU, ET AEQUILIBRIO.

XLVI. Definire resistentiam, quam patitur solidum, dum in fluido movetur.

XLVII. Vim, qua solidum corpus intra fluidum minoris gravitatis specificae sustineatur, determinare.

XLVIII. Definire vim, qua solidum infra fluidi specifici gravioris superficiem detineri possit.

XLIX. Statuere ad quantam sui altitudinem descendat solidum in fluido specifici graviore.

DE FLUIDORUM EX LUMINIBUS EXEUNTIUM MOTU.

L. Data fluidi in vase contenti altitudine, ejusdem e vase lumine exenatis velocitatem definire.

- L.I. Ex fluido, cuius altitudo constans, determinare quantitatem, quae ex vasis lumine, dato tempore exit.
- L.II. Definire decrescentiam quantitatis fluidi, dum vas cylindricum, seu prismaticum evacuatur.

EX DYNAMICA.

De directo corporum non elasticorum conflictu.

- L.III. Legem unicam, secundum quam corporum non elasticorum directus conflictus fit, enunciare.
- L.IV. Datis massis & velocitatibus ante ictum duorum corporum non elasticorum, quorum alterum alteri tardiori motu secundum eandem directionem prolato directe occurrit; determinare quantitatem motus, quam praepollens tardiori, in ictu communicat.
- L.V. Data massa & velocitate ante ictum corporis non elastici, quod in alterum datae massae, pariter non elasticum & quiescens directe impingit; motus quantitatem, quam huic illud in ictu communicat, definire.
- L.VI. Datis massis & velocitatibus ante ictum duorum corporum non elasticorum in se invicem directe incurrentium, determinare motus & velocitates post ictum.
- L.VII. Si duo corpora inaequalia non elastica pari velocitate sibi mutuo directe occurrant; rationem, quam habebit velocitas communis post ictum ad illam ante ictum definire.

DE DIRECTO CORPORUM PERFECTE ELASTICORUM CONFICTU.

- L.VIII. Legem unicam, secundum quam corporum perfecte elasticorum directus conflictus fit, referre.
- L.IX. Datis massis, & velocitatibus ante ictum duorum corporum perfecte elasticorum, quorum alterum alteri tardiori motu secundum eandem directionem prolato directe occurrit; motus, velocitates, & directiones post ictum definire.
- L.X. Datis massa, & velocitate corporis perfecte elastici, quod in alterum datae massae perfecte elasticum, & quiescens directe impingit; determinare motus, velocitates, & directiones post ictum.
- LXI. Datis massis & velocitatibus ante ictum duorum corporum perfecte elasticorum, quae in se invicem directe incurrent; motus, velocitates, & directiones post ictum definire.

, DE DIRECTO CORPORUM IMPERFECTE ELASTICORUM
 CONFLICTU.

LXII. Legem unicam exhibere secundum quam fit corporum imperfecte elasticorum directus conflictus. **X**

LXIII. Quo pacto inveniri potest ratio quam habeat restitutiva dati corporis vis ad vim ejusdem compressivam. **D**

DE OBLIQUE CORPORUM SIVE ELASTICORUM, SIVE
 NON ELASTICORUM CONFLICTU.

LXIV. Legem unicam ad obliquum corporum sive elasticorum sive non elasticorum conflictum spectantem enunciare. **EX DIOPTRICA**

LXV. Newtonianas leges, quibus universae dioptricae theoria inititur, exponere.

LXVI. Si in alterutram superficiem lentis plano-convexae, aut convexo-convexae, plano-concavae, aut concavo-concavae, vel menisci radii homogenei axi paralleli inciderint, radiorum p.^o in lente, deinde in aere refractionem indicare.

LXVII. Si in parallelepipedum vel prisma vitreum radius homogenius incidat, dato angulo incidentiae sive ab aere in vitrum, sive a vitro iterum in aerem; determinare angulum refractionis sive ab aere in vitrum, sive a vitro rursus in aerem.

EX OPTICA.

LXVIII. Oculi humani fabricam describere.

LXIX. Qua ratione visio fiat explicare.

LXX. Unde quidam myopes, & quidam presbytae existant; & quomodo & hi & illi vitio suo occurtere possint, docere.

LXXI. Unde sit, ut cum e vividiore ad debiliorem, vel a debiliore ad vividiorem lucem transitum faciamus, caecutiire per certum tempus videamur, explicare.

LXXII. Quare solem irretortis oculis Aquila conspiciat, docere.

LXXIII. Cui Bubones & Noctuae interdiu non videant, explicare.

LXXIV. Coniectare cur feles noctu videant, nisi quidem solo olfactu in nocturnis actionibus ducantur.

- LXXXV. Cur piscium oculi aquo humore careant, explicare.
- LXXXVI. Assignare rationem, sub qua apparentes objectorum magnitudines videmus.
- LXXXVII. Quare majora in orizonte, quam in zenith corpora caelestia apparent conjectare.
- LXXXVIII. Docere quare in majorem portionem ex objecto longinquum, quam ex viciniori videamus.
- LXXXIX. Quare idem objectum in data distantia constitutum modo majus modo minus, prout directe, vel oblique ante oculum sit, explicare.
- LXXX. Cur chorda eadem, quomodocumque sistatur, ab oculo in quovis peripheriae punto constituto ejusdem semper magnitudinis videatur, docere.
- LXXXI. Cur parallelae ad partem oppositam convergere videantur, explicare.
- LXXXII. Rationem exhibere, sub qua apparentes objectorum distantias videmus.
- LXXXIII. Explicare, unde pendeat objectorum figura apprensiva.
- LXXXIV. Unde motus visio oriri possit, conjicere.

EX CATOPTRICA.

- LXXXV. Leges quibus innitur Catoptrica, in qua de radiis et speculis planis, vel sphaericis reflexis agitur, exponere.
- LXXXVI. Data objecti a speculo plano ex antica parte distantia, determinare imaginis ab eodem speculo ex postica parte distantiam, & magnitudinem.
- LXXXVII. Data objecti a speculo sphaerico-convexo distantia, imaginis ab eodem distantiam, & magnitudinem indicare.
- LXXXVIII. Datis angulo, quem in speculi sphaerico-convexi centro efficit cathetus incidentiae, & cathetus obliquationis, atque angulo, quem efficit radius incidens cum tangente, imaginis locum indicare.
- LXXXIX. Si inter speculum sphaerico-concavum, & ejus folum collocetur objectum, imaginis locum, & magnitudinem indicare.
- LXC. Indicare locum, situm & magnitudinem imaginis cuius objectum ultra centrum speculi sferico concavi, sicut & oculus collocetur.
- XCI. Si in speculum sphaerico-concavum radii homogenei axi paralleli incident, foci a speculi superficie distantiam determinare.

INTERROGANTIBUS SATISFACTIENT

LXXXVII. Vnde inde tunc deponit
tumultus aq[ua]reus
LXXXVIII. Quae inde tunc deponit
tumultus aq[ua]reus

Subdiaconus Joseph Farrugia.

LXXXIX. II. Decree descriptio
LXXXIX. ex vicinio inter se
LXXXIX. III. Decree descriptio inter se

CLERICI

LXXXIX. IV. Decree descriptio inter se
LXXXIX. V. Decree descriptio inter se

Paulus Busuttil.

Joseph Principato.

Philippus Pulicino.

Paulus Borg.

Petrus Mallia.

Franciscus Agius.

LXXXIX. VI. Decree descriptio inter se
LXXXIX. VII. Decree descriptio inter se

Joseph Grima.

Franciscus Agius.

LXXXIX. VIII. Decree descriptio inter se
LXXXIX. IX. Decree descriptio inter se

LXXXIX. X. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XI. Decree descriptio inter se

IN ECCLESIA CATHEDRALI

LXXXIX. XII. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XIII. Decree descriptio inter se

Mense Die Hora

EX CALOPHRYCI

LXXXIX. XIV. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XV. Decree descriptio inter se

ACCURANTE ET ASSISTENTE D. XAVERIO CARUANA

LXXXIX. XVI. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XVII. Decree descriptio inter se

Presbytero Melitensi Philosophiae, & Matheos

in eodem Seminario Professore.

LXXXIX. XVIII. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XIX. Decree descriptio inter se

LXXXIX. XX. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XXI. Decree descriptio inter se

LXXXIX. XXII. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XXIII. Decree descriptio inter se

LXXXIX. XXIV. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XXV. Decree descriptio inter se

LXXXIX. XXVI. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XXVII. Decree descriptio inter se

LXXXIX. XXVIII. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XXIX. Decree descriptio inter se

LXXXIX. XXX. Decree descriptio inter se
LXXXIX. XXXI. Decree descriptio inter se